

Universitätsbibliothek Paderborn

**Refutatio Accusatoris Anonymi Damnatas ab Innocentio
XI. Propositiones adscribentis Ordinum Religiosorum
Theologis ac præcipuè Societatis Jesu**

Estrix, Aegidius

Moguntiæ, 1679

Propositio XLIX. Mollities jure naturæ prohibita non est. Vnde si Deus eam non interdixisset, sære esset bona, & obligatoria sub mortali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42472

Sunt & Theses Academicæ à Lovaniensi-
bus Doctoribus approbatæ ejusdem saporis :
à Joanne Sinnichio die 5. Decembris 1665.
à Jacobo Pontano die 15. Julii 1661. &c. sed
hæc sufficient, ut appareat, quanta ratione
Valentia, & Tannerus potissimum accusandi
fuerint.

PROPOSITIO XLIX.

Mollities jure naturæ prohibita non est. Vnde
si Deus eam non interdixisset, sære esset
bona, & obligatoria sub mortali.

Auctorem propositionis nominare gaudet
Caramuelum.

Apparet ex hac & aliis propositionibus non
paucis, quam inconsideratè quidam Decretum
nuperum flandricè versum plebi legendum
obtulerint ; & quantò inconsideratiùs Accu-
sator non se continuerit, quin flandricè ver-
sis propositionibus & perversissimè intelli-
gendis, & referendis à plebe, quorumdam
nomina Autorum adscriberet. Saltem adno-
tasset, Caramuelum in Theologia Morali,
unde sumpta est propositio, n. 1605. solli-
citè monere, dubium non esse, quin re ipsa
grave crimen sit mollities in omni casu, etiam
quando esset necessaria ad conservationem vi-
tae : addidisse etiam n. 1606, doctrinam il-

la

lam procedere considerando solummodo ra-
tiones naturales.

Citato Caramuele lectorem mittit ad Pro-
positionem 35. ut nimirum , quæ ibi adnota-
verat de probabilitate Propositionis , hic quo-
que adnotata intelligerentur. Censet ergo
hanc quoque Propositionem ante Decretum
Innocentii XI. fuisse probabilem.

PROPOSITIO LI.

Famulus , qui submissis humeris scienter ab-
juvat herum suum ascendere per fenestras ab-
stuprandam Virginem , & multoties ei subservit,
deferendo scalam , aperiendo januam , aut quid-
simile coöperando , non peccat mortaliter , si id
faciat metu notabilis detrimenti ; puta ne à Do-
mino male tractetur , ne torvis oculis aspiciatur ,
ne Domo expellatur.

Autorem citat Gasparem Hurtado. Ubi
autem ?

Ipse non prodit : sed citari ait à Diana. Ubi
verò ? Paginâ 435. Plus non habeo in in-
chartis , quas accepi. Adivi ergo in gratiam
hujus Acculacoris paginas omnes Tomorum
Dianæ notatas illo numero : neque inveni
citatum Gasparem Hurtado in ulla istarum
paginarum. Sed neque liber Gasparis Hurt-
do est ad manum .

Si quid affine docuerit ille Autor , credibi-
le